




NOVA ACTA
REGIÆ SOCIETATIS
SCIENTIARVM
VPSALIENSIS.

VOL. VII.



VPSALIÆ,

EXCUDER. ZEIPER ET PALMBLAD, REG. AC. TYP. AN. MDCCCXY.

PLANTÆ JAPONICÆ

NONNULLÆ

ILLUSTRATÆ.

A

CAROLO PETRO THUNBERG.

Quo rariores censendæ sunt plantæ, quarum natale solum ab Europa longius distet eo majorem attentionem & accuratius examen Botanicorum mereri videntur singula harum specimina, quibus paucis admodum Botanophilis Herbaria sua ditare & exornare licuerit.

Hujus generis, si quæ aliæ, utique sunt plantæ japonicæ, furtim quasi in Insulis maxime orientalibus Asiæ collectæ, & venia difficile obtinenda allatæ e regione, ad quam Botanico vix semel quovis Seculo liberior pateat aditus.

Erunt itaque, ut spero, alicujus pretii, non modo sparsæ illæ Descriptiones, quas in Actis Academiae Naturæ Curiosorum dedit Celeb. CLEYERUS, & amplior, quem continet Fasciculus Quintus Amœnitatum exoticarum Illustr. KÆMPFERI, Catalogus Vegetabilium japonicarum, nec non Flora mea Japonica, ante viginti annos in lucem edita.

Cum vero ab omni parte Flora hæc absoluta nec esse possit, nec facile posthac speranda erit; eo acceptiorem fore, mihi persuasus sum, quamcumque, quæ huic Floræ aut conciliari possit, correctio-

tionem, aut novam, exiguam licet, ex Herbario meo additam Symbolam.

Manipulum itaque Plantarum rarissimæ hujus Floræ, quem in florenti ætate colligere & e Regno, Europæorum paucissimis pervio, in Patriam afferre licuit, ulteriori sub examine revocatum describere, atque hæc Descriptiones cum adjunctis iconibus illustri Societati offerre volui, debui.

PANICUM *bisulcatum*: panicula capillari patenti, calycibus trinerviis, vaginis foliorum duplicato-fulcatis, margine ciliatis.

Panicum grosfarium. Flora Japon. p. 48.

Culmus teres, glaber, ramosus, erectus, bipedalis & ultra.

Rami alterni, simplices, similes.

Folia longe vaginantia, lineari-ensiformia, glabra, nervosa, medio nervo majori flavescente, acuminata, integra, internodiis paulo longiora, patenti-erecta, spithamæa, vix ungvem lata.

Vaginæ fulcatæ nervis minoribus inter majores, glabræ, ore & margine ciliatæ.

Panicula decomposita, patentissima, amplissima.

Calyces glabræ, costis tribus elevatis longitudinalibus.

GALIUM *strigosum*: foliis senis, ellipticis, acuminato-spinosis, hispidis, caule decumbente tetragono, scabro. Tab. IV. fig. 1.

Galium uliginosum. Flor. Japon. p. 58.

Japonensibus: Mugura Gusa.

Caulis decumbens, parum ramosus, tetragonus, angulis scaber, spithamæus.

Folia fena, elliptica, spinuloso-mucronata, supra pilosa, subtus glabriuscula, margine ciliato scabra, patentia, ungvicularia.

Flores axillares, breviter pedunculati.

NIGRINA *ferrata*: foliis ovato-oblongis acutis, duplicato-ferratis. Tab. V. fig. 1.

Incolis: Hutali Situka.

Crescit in Japoniæ insularum interioribus regionibus.

Caulis herbaceus, erectus, simplex, glaber, vix pedalis.

Folia opposita, petiolata, oblongo-ovata, acuta, ferrata & duplicato-ferrata, ferraturis acutis, glabra, palmaria.

Spicæ brachiatae, axillares.

NIGRINA *spicata*: foliis ovatis, obtusis, obtuse ferratis, ferraturis cartilagineo-glandulosis.

Nigrina spicata. Flora Japon. p. 65.

Folia ovata, obtusiuscula, obsolete ferrata, ferraturis glanduloso-cartilagineis, bipollicaria.

MENYANTHES *peltata*: foliis peltatis, petiolis floriferis. Tab. IV. fig. 2.

Menyanthes nymphoides. Flora Japonic. p. 82.

Folia peltata, suborbiculata, integerrima, tenuia, glabra, latiora, quam longa.

Differt a *M. nymphoide* LINNÆI.



1. foliis peltatis, nec cordatis.

2. petiolis infra folium floriferis.

CHENOPODIUM *littorale*: foliis linearibus integris, caule herbaceo sulcato.

Atriplex littoralis. Linn. Syst. vegetabil. per Gmelin. p. 451.

CHE.



CHENOPODIUM *virgatum*: foliis linearibus integris pulverulentis, caule fruticoso sulcato.

Crescit in oris maritimis insularum Japonicarum.

Caulis lignosus, teres, sulcatus, glaber vel inconspicue pulverulentus, flexuosus, erectus, ramosus, pedalis & ultra.

Rami alterni, teretes, striati, pulverulenti, erecto-patentes, virgati.

Folia breviter petiolata, lineari-lanceolata, acuta, integra, subtus imprimis pulverulenta, patentia, ungvicularia. In axillis foliola minora, duo vel tria.

Florum glomerulæ in axillis foliorum.

RUELLIA *ferrata*: foliis ovato-oblongis sessilibus, caule simplici. Tab. IV. fig. 3.

Crescit in interioribus insularum Japonicarum regionibus.

Radix annua, fibrosa.

Caulis herbaceus, simplex, erectus, palmaris.

Folia opposita, sessilia, basi attenuata, obovata obtusa, ferrata, ferraturis remotis obtusis, glabra, ungvicularia.

MARCHANTIA *japonica*: fronde pinnatifida marginibus crispis. T. IV. fig. 4.

Lichen japonicus. Flora Japon. p. 344.

Cum fructificatione mihi nunquam obvia; videtur potius ad Marchantias pertinere, quam quidem ad Lichenes.

STEREOCAULON *ramulosum*: thallo solido sublignoso, fruticuloso, scabro fibrilloso, pallido, ramis va-



gis, diffusis, simpliciusculis, cephalodiis, sparsis, terminalibusque subglobosis, fusco-nigris. ACHARII Lichenographia, p. 314. 315.

FUCUS *biserratus*: caule subsimplici compresso, foliis ellipticis duplicato-ferratis, vesiculis ovatis pedunculatis.

Caulis subtrigonus, compressus, elongatus, subsimplex, inferne a casu foliorum nodoso-tuberculatus, apice dense foliosus, laxus.

Folia elliptica, acuta, duplicato-ferrata, patentia, pollicaria.

Vesiculi pedunculati, ovati, magnitudine pisi.
Tota planta nigra.

FUCUS *serratifolius*: fronde compressa, lineari, flexuosa, ramosissima, laciniis triangularibus acutis, vesiculis ovatis, pedunculatis.

Japonensibus: Kudawara.

Planta tota aterrima.

Caules, seu frondes pauci, ramosissimi, elongati, laxi, diffusi, compressi, sublineares, pinnatifido-laciniati: laciniis triangularibus, acutis.

Vesiculi pedunculati, ovati, magnitudine piperis.

FUCUS *Thunbergii*: ramis filiformibus laxis, foliis subverticillatis, ellipticis, acuminatis.

Crescit in Mari Chinenli & Japonico.

Nomen specificum imposuit Celeb. Prof. MERTENS.

Caulis filiformis, elongatus, laxus, ramulosus.

Rami & ramuli breves, filiformes, uti *Caulis* totifoliis tecti.

Folia aggregato-subverticillata, elliptica, filiformi-acuminata, integra, semiungvicularia.

Tota planta aterrima.

Explicatio Tabularum.

Tab. IV. fig. 1. *Galium strigosum* magnitudine naturali; planta feminifera.

b. folium pagina superiori visum, margine extrorsum aculeatum, pagina undique setulis albidis rigidulis antrorsum spectantibus obfita, magnit. naturali.

c. folium pagina inferiori visum cum carina retrorsum aculeata, magnitudine naturali.

d. folium superne visum, magnitud. aucta.

e. fructus magnit. naturali.

f. — — — aucta.

Tab. IV. fig. 2. *Menyanthes peltata* magnitudine naturali.

Tab. IV. fig. 3. *Ruellia ferrata*, fructificans, magnitudine naturali.

b. calyx cum capsula aperta.

c. calyx apicibus scaber, auctus.

d. capsula denudata, aperta, ut videatur dissepimentum valvulis parallelum & liberum feminiferum, magnitudine valde aucta.

e. dissepimentum seminibus onustum, auctum.


f. dissepimentum denudatum impressionibus seminum notatum, magnitudine aucta.

g. semen, parum auctum.


h. capsula infra medium abscissa, aperta, cum dissepimento libero, parallelo, margine undulato.

Tab. IV. fig. 4. *Marchantia japonica* magnitudine naturali.

Tab. V. fig. 1. *Nigrina ferrata* magnit. naturali.



MENYANTHES *Peltata*




RUELLIA *Serrata*



GALIUM *Strigosum*



MARCHANTIA *Japonica*.




1. NIGRINA *Serrata.*



3. TELLINA *Costata.*



4. TELLINA *Lancea.*



2. TELLINA *Japonica.*